una die, Joes Bapta der Kuri Secularis Presbyter Alumnus de Propaganda fide, et meus Vicarius Generalis in eodem loco nabus, vita, moribus, et doctrinâ spectabilis. Ipse præ cæteris habet aliquem proventum ab Ecclia, nempe 60. Imperiales annuales reliquum acquirit sibi diligentia, et labore. Husnorij maior pars Catholicorum sunt Saxones frequentant Sacramenta, et Ecclesiam, præter Templum maius, quod est sat bene Ecclica suppellectili instructum; Calicibus argenteis, Crucibus argenteis, Imaginibus, Casulis, et huoi. Sunt adhuc tres Cappellæ, in quibus statutis anni diebus Parochus celebrat Sacrum. Sunt etiam Husnarij duo Pres Jesuitæ, celebrant in ipso Templo manent in quadam Domo, de qua est magna quæstio inter populum Jassiensem affirmantem relictam esse Ecclesiæ Jassensi in testamto cum Cellario, et tribus vineis et ddos Patres asserentes sibi esse relictam. Testamentum autem legitimum non apparet, sed corruptum.

Quartam Parochiam Baiensem Husnario unâ item die distantem, exercet Pater Vitus Conventualis Missionarius, et Præfectus, nullus malus odor de ipso spargitur, vir sedatus, et gravis, exercet pro necessitate emptiones et venditiones inhibitas et linguam confundit Vallacam. Ecclia est sat pulchra et commoda suppellectili Ecclica. Habet Parochus Baiensis 40. Imperiales annuos.

Quintam Parochiam Jassiensem tenent Patres